

De spe

737

ab eternis preparant. filius vero ferculis addidit gaudium scilicet quod erit in aspectu humane nature quam assumpsit. spiritus sanctus pingmenta suauitatis ministrat ipse est fluuius nectare. letificans tranquillitatem dei psal. torrens voluptatis potabis eos. Sola inuitatio huius cene beatum reddit Apoc. xix. Et qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. In hac cena est unum ferculum quod solum sufficeret Jo. xiiij. Domine ostende nobis preem et sufficit nobis. Solus odor huius cene que datur sanctis in patria plus valet quam gaudium mundi.

De triplici materia gaudij electorum et .xij. cognicionibus intellectus per .xij. stellas corone mulieris in apoc.

tem notandum quod triplex materia illius

gaudij immutatur nobis. Nume. xiiij. In fructibus illis quos attulerunt exploratores de terra promissionis. fuerunt ficus uua et malogranata. In ficu dulcedine deitatis intellige. puer. xxvij. Qui seruat fidem comedit fructus eius et qui colit os est domini sui glorificabit. In uua christi humanitate in torculari crucis expressam. In malogranatis sanctorum ordinata societate. Ordinare enim se habent grana in malogranato. Ita apoc. xij. In sinuant nobis gaudia. xij. in corona. xij. stellarum que erat in capite mulieris. xij. stelle sunt. xij. cogniciones que electos letificabunt. tres pertinent ad preem et filium et spiritum sanctum et nouem ab nouem ordines beatorum spirituum. Et has .xij. stellas intellige tres dotes anime. scilicet dei visionem. eius de dilectionem. et bonum excellentissimi vel arduissimi apprehensionem que apprehensio gloriosissima est. et quatuor corporis. scilicet claritatem vel potentiam pulcritudinem. subtilitatem. agilitatem. impassibilitatem et societatem quoniam sensuum. Item quodammodo tertia dos anime est delectatio que est effectus visionis et amoris.

De diuersitatibus spei.

Ca. sextum.

Sequitur de diuersitatibus spei

notandum est quod spes est detestabilis et est spes amedabilis. spes detestabilis quadruplex est. Prima est maledicta. Secunda presumptiosa. Tercia est vana. Quarta medax vel falsa.